



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Medvlla Theologiæ Moralis

Busenbaum, Hermann

Monasterii Westphaliæ

Artic. I. Quo tempore, loco, & modo debeat restitu?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40957

VI. Si quis veneno, phyltro, aliove modo aliqui destruit memoriā, rationem, &c. tenetur eodem modo, quo mutilator aut vulnerans, de quo *supra* ad restitutionem lucri cessantis, & danni inde seuti in bonis fortunæ.

DUBIUM VII.

De circumstantiis restitutionis.

ARTICULUS I.

Quo tempore, loco, & modo debeat restituī?

Resp. Debet quamprimum, & eo modo ac loco restituī, quo jus & interesse damnificati requirit, & commodè ac mortaliter fieri potest sine gravi incommodo, quod quis pateretur in res sua propria, ultra debitum. *v. Laym. hic lib. 3. tr. 2. cap. 10. Fill. t. 32. c. 4. q. 11. Unde resolves.*

I. Qui non potest commodè restituere apertè, faciat clam, & qui non potest per se, faciat per aliam personam interpositam, v.g. Confessarium.

II. Possessor malæ fidei, v. gr. fur, debet suis sumptibus ad eum locum rem deferre, ubi alter habiturus fuisset, si non fuisset ablata, destructa, vel iniquè detenta, deductis tamen expensis, quas alter eam servando, vel deferendo debuisset facere. Excipe, nisi transferendo debet plus impendere, quam res valet: tunc enim plerumque ex præsumpta mente domini possit restituere pauperibus, vel in usus pios, *Bon. q. 6. p. 1.*

III. Bonæ fidei possessor satisfacit , si restituat
in loco, ubi rem possidet.

IV. Debita ex contractu , eo loco & tempore
solvi debent, de quo inter partes conventum fuit
expressè, vel tacite, v. *Leff. &c. Bon. l.c.*

V. Si quis possit quamprimum restituere totū,
ad id tenetur. Si tamen alter dilatione non pete-
retur ulterius damnum, aut non notabile, non fa-
cilè arguendus esset gravis peccati is , qui cum
proposito satisfaciendi differret, aut paulatim per
partes solveret. v. *Bon. de contr. d. I. q. 6. p. 1.*

VI. Qui scit se teneri ad restitutionem, & cum
possit in vita, non vult restituere , nisi in articulo
mortis, vel post mortem per hæredes, absolvini non
debet; nec potest: quia semper est in actuali pecca-
to, & impoenitens. *Sal. sayr. Bon. Trul. c. 14. d. II.*

ARTICULUS. II.

Quo ordine restituti debeat?

Resp. Certum est, non necessario ordinem ser-
vari , quando debitor omnibus solvere potest:
quando verò tantum non habet , aut hæredibus
reliquit, sequentes Regulæ servande.

I. Si debitor rem alterius apud se habet, quo-
cunq; titulo habeat, sive ex furto, sive ex deposito,
sive inventione, &c. debet prius restitui domino
suo, vel eo deficiente, pauperibus. Similiter si res
empta ad creditum, pretio non soluto; adhuc ex-
tet *Nau. Sylv. Bon. q. 8. p. 2.* Hoc tamen *Leff. c. 15. d.*
2. contra Bon. &c. limitat, nisi venditor ab empto-
re fidejussorem, vel pignus accepit.

II. Si